Deus cuius filius non rapinam arbitratus est se
esse equalem tibi deo patri sed eternaliter tecum pare gloriam
possidet per naturam qui servi exinanivit formam sumens
susceptionis filius idem tuus non desiit sicut fuit redimet
dominus angelorum servulum voluntarie pertulit passionem
cuius livore sanati sumus. Non enim mundus poterat ex-
piari a crimine nisi preciosus sue crimine sanguinis dum manava-
ret ex latere. O ineffabilis mirabilisque nimis stupenda
clementia domini que celi celorum capere non poterant
angusto voluit coartari subsepite. Cum sedet super
cherubim et thronus eius rutilat in columpna nubis
parvissimum peccatoris quadrigero vehebatur apposite
Non aureis peculis spumantia frena rigabat Nec nudo
pendulo lapis mirabat sub pallene. Non purpurato
gemeus vernabat ordo sub tegimine Nec sericatis os
fimbriis radiantia fila pendebant quibus seculi arro-
gans pompa et altitudo mundana intumescit. Sed vili
indumentorum accinctus velamine sedens super pullum asine
filium subiugalis celorum dominus iter carpebat pulverulentum
quatenus in nos sue mansuetudinis tam salubribus imbu-
eret exemplis et temporis misticorum documento ostendit quemadmodum
stultitiam insontis asinam gentilis populi figurabatur sim-
plicitas Super qua ut illud iste pater divino more gube-
nandam presidens ad illam celestem ihrlm perducit
in qua pax sine permanet visionis et cottidie electorum
animas secum intrare permittit Nam turba que precede-
bat et que sequebatur duorum [illegible] tipicabat personam
populorum. Cum a utraque plebe iudaica scilicet que precesserat
et gentili que per omne sequitur tempus Osanna filio david
sine fine proclamabant que totis precordiis suppliciter
exoramus ut dignetur gratiam . . . . ingredi
et benedictionis sue graciam multiplicare in ea dum tali
maty dona tribuat si spus conferat maiestate ac
iocundius temperet astris terrarum germina tranquille
imbre fecundet morbos omnes depellat malignorum

Fragm. lat. 164
UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK LEIPZIG